Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# Etymologiae

Isidorus <Hispalensis>

[Augsburg], 1472

Liber tercivs de astronomia [...]

urn:nbn:de:bsz:31-128502

Visual Library

in arsis & thesis id est eleuatione & positione

# INCIPIT · LIBER · TERCIVS · DE · ASTRONOMIA · ET · EIVS · NOMINE

ASTRONOMIA · EST · ASTRORVM · LEX · QVAE · CVRSVS SIDERVM · ET · FIGVRAS · ET habitudines stellarum circa se · & circa terram indagabili ratione percurrit ·

## De. Inuentoribus eius — Ca·ii

Astronomiam primi egiptii inuenerunt. Astrologiá vero & natiuitatis obseruantiam chaldei primi docuerunt. Abraham autem instituisse aegiptios astrologiam iosephus auctor adseuerat. Graeci autem dicunt hanc artem ab athlante prius excogitatá · ideoq; dictus est sustinuisse caelum. Quisquis autem ille fuit · motu caeli & ratione animae excitatus p temporum vices · per astrorum rotatus diffinitosq; cursus · per interuallorum spacia moderata consideruit dimensiones quasdam · & numeros que diffiniendo ac secernendo in ordinem nectens astrologiam reperit

## De. Institutoribus eius — Ca·iii

Nutraq; autem lingua diuersorũ quidem sunt de astronomia scripta volumina. Inter quos tantum ptolomeus rex alexãdrie apud graecos habetur precipuus. Hic etiam & canões instituit quibus cursus astrorum inueniatur

## De. Differentia astronomie & astrologie — Ca·iiii

Inter astronomiam autem & astrologiam aliquid differt. Nã astronomia caeli conuersionem · ortus · obitus · motusq; siderum continet · vel ex qua causã ita vocentur. Astrologia vero partim naturalis · partim supersticiosa est. Naturalis dum exequit̃ solis & lune cursus vel stellarum certas tempoꝝ stationes. Supersticiosa vero est illa · quam mathematici sequuntur qui in stellis auguriantur · quiq; etiam · xii · caeli signa per singula animae vel corporis membra disponunt · siderumq; cursu natiuitates hominum & mores predicare conantur

## De. Astronomie ratione — Ca·v

Astronomie ratio modis plurimis constat. Diffinit enim quid sit mundus·quid celum·quid spere situs et cursus·quid axis caeli·& poli·que sint climata celi qui cursus solis & lune atq; astrorum & cetera·

De. Mundo Ca·vi

Vndus est hic qui constat ex caelo & terra·& mari·cunctisq; sideribus. Qui idcirco mundus est appellatus·quia semper in motu est·nulla enim requies eius elementis concessa est·

De. Forma mundi· Ca·vii

Formatio mundi ita demonstratur. Nam quéadmodum erigitur mundus in septentrionalem plagam·ita declinatur in australem. Caput auté eius et quasi facies orientalis regio est·vltima pars septentrionalis est·

De. Caelo eiusq; nomine Ca·viii

Caelum philosophi rotundum·volubile· atq; ardens esse dixerunt·vocatumq; hoc nomie·eo q; tanq̃m vas celatum·impressa signa habeat stellarum. Distinxit enim id deus claris luminibus· & impleuit solis scilicet & lune orbe fulgenti·& astrorum micantium splendentibus signis ad/ornauit. Hoc autem graece dicitur a dotiapacta id est a vidédo eo q; aer perspicuus sit·& ad speculandum purior

De. Situ spere caelestis Ca·viiii·

Spera caeli est species quedam in rotundum formata·cuius centrũ terra est·ex omnibus partibus equaliter conclusa. Hanc speram nec principium habere dicũt nec terminum·ideo q; in rotũdum quasi circulus vnde incipiat vel vbi desinat nõ facile cõprehendant. Philosophi auté mũdi septem caelos id est planetas globorum consono motu intro/duxerunt·quorum orbibus onexa memorant omnia· quos ibi innexos & velut insertos versari retro·& econtrario ceteris mo/tibus suis ferri arbitrantur

De. Motu spere Ca·x

Spere motus duobus axibus voluit. Quorum vnus est septentrionalis· qui nunq̃m occidit·appellaturq; boreus. Alter australis qui nunq̃m videt·& austro/notbus dicitur. His duobus polis moueri speram caeli dicunt·& cum motu eius sidera in ea fixa ab oriente vsq; ad occidenté circuire septentrionalibus breuiores giros iuxta cardinem pera/gentibus·

De. Cursu eiusdem spere Ca·xi

Sera caeli ab oriente & occidéte semel in die et nocte vertitur· xxiiii· horarum spacis quibus sol cursum suum supra terras & sub terras sua volubilitate con/cludit·

De. Celeritate caeli Ca·xii

Anta celeritate celi spera dicitur currere·ut nisi aduersus precipitem eius cursum astra currerent·que ea remorarentur mundi ruinam facerent·

De. Axe caeli· Ca·xiii

Xis est septentrionalis linea recta que per mediam pilam spere tendit. Et dicta axis·q; in ea spera ut rota voluitur·vel quia ibi plaustrum est·

De. Caelestibus polis· Ca·xiiii·

Oli sunt circuli qui currunt per axem. Horũ est alter septentrionalis qui nunq̃m occidit· appellaturq; boreus. Alter australis qui nunq̃m videtur· & austronothus dicitur. Et dicti poli q; sint axiũ cicli ex vsu plaustro; a poliendo scilicet nominati. Sed polus boreus semper videtur austronothus nunq̃m·qa dextra caeli altiora sunt pressa austri·

De. Cardinibus caeli Ca·xv

Ardines caeli extreme partes sunt axis. Et dicti cardines·eo q; per eos vertit caelũ·vel q; sicut cor voluunt

De. Conuexis caeli· Ca·xvi·

Onuexa aũt caeli extrema eius sunt a curuitate dicta ut est illud. Conuexum quotiens claudit nox humida caelum. Conuexum enim curuum est·quasi conuersum seu inclinatum·& in modum circi flexum·

De. Ianuis caeli· Ca·xvii

Anue caeli due sunt·oriens & occasus. Nam vna porta sol procedit·alia se recipit·

De. Gemina facie caeli Ca·xviii·

Acies caeli vel caput orientalis regio· vltima septentrionalis·de qua lucanus. Sic mundi pars ima iacet quam ;ona niualis. Perpetueq; premunt hiemes·

De. Quatuor partibus caeli· Ca·xviii

Limata caeli id est plage vel partes quatuor sunt·ex quibus prima pars orientalis est· vnde alique stelle oriuntur. Secunda occidentalis· vbi nobis aliq̃ stelle occidunt. Tercia septentrionalis·vbi sol peruenit in diebus maioribus. Quarta australis·vbi sol peruenit noctibus maioribus·

Oriens autem ab exortu solis est nuncupatus. Occidens q̃ diẽ
faciat occidere & interire· abscondit enim lumen mundo & te/
nebras semper inducit. Septentrio autem a septem stellis axis
vocatus·que in ipo reuolute rotantur. Hic proprie & vertex di/
citur·eo q̃ vertitur. Meridies autem vocatur·vel quia ibi sol fa/
cit medium diem·quasi medidies· vel quia tunc purius micat
ether· merum enim purum dicitur. ¶ Sunt & alia septem cli/
mata caeli·quasi septem linee ab oriente vsq̃ in occidentem sub
quibus & mores hominum dispares· atq̃ animalia specialiter
diuersa nascuntur·que vocata sunt a locis quibusdam famosis·
quorum primum est merois·secundum somis vel sienes·tercũ
cathagoras vel cathagorius id est affrica·quartum rhodus·qn̄/
tum elespontus·sextum mesopontum·septimum brustenus·

¶ De. Hemisperiis· ¶ Ca·xx·

Emisperium dimidia pars spere est·hemisperion su/
pra terram est·ea pars caeli que a nobis tota videtur·
Hemisperion sub terra est·que videri nõ potest q̃m/
diu sub terra fuerit· ¶ De. Quinq̃ circulis caeli ¶ Ca·xxi

Qne caeli quinq̃ sunt·quarũ distinctionibus quedã
partes temperie sua incoluntur· quedam immanitate
frigoris·aut caloris inhabitabiles existunt· que ideo
zone vel circuli appellant̃·ideo q̃ in circũductione spere existũt
Quorum primus circulus ideo arcticus appellatur· eo q̃ intra
eum arcturi signa inclusa prospiciant̃. Secundus circulus exeu/
terinus qui tropicus dicitur·quia in eo circuiens sol aquilonis
finibus estatem facit· & vltra eum circulum non transit·sed sta
tim reuertitur·& inde tropicus appellatur. Tercius circulus hi/
merinus·qui a latinis ideo equinoctialis appellatur·eo q̃ sol cũ
ad eum orbem peruenerit·equinoctium facit. Hymerinus eni
latine dies dicitur·atq̃ nox quo circulo dimidia spere pars con/
stituta perspicit̃. Quartus circulus antarticus vocatus·eo q̃ con
trarius sit circulo quẽ arthi cognominamus. Quintus circulus
cimerinus tropicus·qui a latinis hiemalis siue brumalis appel/
latur·ideo q̃ sol cum ad eum circulum peruenerit· hiemem his
qui ad aquilonem sunt facit·& estatem his qui in austri parti/
bus cõmorantur· ¶ De. Zodiaco circulo ¶ Ca·xxii

Odiacus autem circulus est·qui ex linearum quinq̃
angulis·& ex vna linea constat·

De. Lacteo circulo. Ca·xxiii

Lacteus circulus via est que in spera videt·a candore dicta·quia alba est·quam aliqui dicunt viam esse q̃ circuit sol·& ex splendoribus ipius transitu ita lucere

De. Magnitudine solis. Ca·xxiiii

Magnitudo solis fortior est terre. Vnde et eodem momento quo orit·& orienti simul & occidenti equaliter apparet. Q̃ vero tanq̃m cubitalis nobis videt considerare oportet·quãtum sol distat a terris· que longitudo facit ut paruus videatur a nobis

De. Magnitudine lune Ca·xxv

Magnitudo quoq; lune mior fertur esse q̃m solis. Nã dum sol superior sit a luna· & tamen a nobis maior q̃m luna videatur·iam si prope nos accessisset multo maior q̃m luna conspiceretur. Sicut autem fortior est sol terra·ita terra fortior est luna per aliquam quantitatem·

De. Natura solis Ca·xxvi

Sol dum igneus sit· pre nimio motu cõuersionis sue amplius incalescit. Cuius ignem dicunt philosophi aqua nutriri & econtrario elemento virtute luminis & caloris accipere. Vnde videmus eum sepius madidum atq; rorantem·

De. Cursu solis Ca·xxvii

Solem per seipm moueri·non cum mundo verti dicunt. Nã si fixus celo maneret·omnes dies et noctes equales existerent· sed cum alio loco cras occasurum·alio occidisse hesterno vidimus·apparet eum per seipm moueri non cum mundo verti. Spaciis enim inequalibus orbes ãnuos conficit·propter temporum mutationes. Oriens diem facit·occidens noctem inducit. Nam vadens longius ad meridiẽ hiemẽ facit·ut hibernis humoribus ac pruinis terra pinguescat. Accedens propius ad septentrionem estatem reddit·ut fruges maturitate durent·& q̃ sunt in humidis incocta feruefacta mitescant

De. Effectu solis Ca·xxviii

Sol oriens diem facit·occidens noctem inducit. Nam dies est sol super terras. Nox est sol sub terra. Ex ipo enim sunt hore·ex ipso dies cum ascenderit·ex ipso etiam nox cum occiderit·ex ipo menses & anni numerantur·ex ipo vicissitudines fiunt temporum. Quando autẽ per meridiẽ currit·vicinior terre est·quãdo vero iuxta septentrionẽ sublimis

attollitur. Qui ideo deus diuersos cursus ꝓstituit·loca·& tẽpora·
ne dum semper in hisdem moraretur locis·quottidiano vapore
eius vniuersa consumerentur·sicut clemens ait·cursus diuersos
accipit·quibus aeris temperies pro ratione tempo⁊ dispensatur
& ordo vicissitudinum permutationumq; seruat. Nam dum
ad superiora conscenderit·ver temperat·vbi ad summũ venerit·
estiuos accendit calores· descendens rursus autumno temperiẽ
reddit·vbi vero ad inferiorem redit circulum ex glaciali cõpage
caeli rigorem nobis hiberni frigoris derelinquit·

De. Itinere solis — Ca·xxviii

SOl oriens per meridiem iter habet. Qui postq̃m ad
occasum venerit·& oceano se intinxerit·per incogni/
tas sub terrã vias vadit· & rursus ad orientẽ recurrit·

De. Lumine lune — Ca·xxx

VNam quidam philosophi dicunt proprium lumen
habere·globiq; eius vnam partem esse lucifluã·aliam
vero obscuram·& paulatim se vertendo diuersas for
mas efficere. Alii econtra aiunt·lunam non suum lumẽ habere·
sed solis radiis illuminari. Vnde et eclipsin patitur·si inter ipam
& solem terre vmbra interueniat. Sol enim illi loco superior ẽ.
Hinc euenit ut quãdo sub illo est·parte superiore luceat·inferio/
re vero quam habet ad terras obscura sit

De. Formis lune — Ca·xxxi

RIma figura lune bicornis est ita Secunda sexti/
lis habet ita Tercia dimidia habet ita 
Quarta plena ita  Quita iterum dimidia ita 
·Sexta iterum sextilis ita.  Septia bicornis
 Septia autẽ semis & vicesima  secũda semis· in
suo ordine medie sunt. Cetere autem proporcionales sunt·

De. Interlunio lune — Ca·xxxii·

INterlunium lune est tempus illud inter deficientẽ & nascẽtem
lunam. Est autem·xxx·dies quo luna non lucet. Que ideo tunc
videri non potest quia soli coniuncta obscuratur·sed eodẽ mo/
mento renascens paulatim ab eo recedendo videtur

De. Cursu lune — Ca·xxxiii

VNa amissi ac recepti luminis vicibus menstrua in
centro spacia moderatur. Que ideo obliquo & non
recto incedit cursu·ut sol·scilicet ne incedat in centrũ

terre·& frequéter patiatur eclipsin. Vicinus enī est eius circulus terre. Crescens autem orientem cornibus spectat·decrescens oc/ cidentem merito·quia occasura & amissura est lumen·

De. Vicinitate lune ad terras Ca·xxxiiii

Vna terris vicinior est q̃m sol·inde & breuiori orbe ce lerius peragit cursum suum. Nam iter quod sol in die/ bus· ccc· sexagintaquinq; peragit ·ista per triginta dies percurrit Vnde & antiq mensesin luna·ānos aūt in solis cursu posuerūt

De. Eclipsi solis Ca·xxxv

Eclipsis solis est·quotiens luna·xxx· ad eandem lin eam qua sol vebitur peruenit·eiq; se obiciēs solem obscurat Nam deficere nobis sol videtur dum illi orbis lune opponitur

De. Eclipsi lune Ca·xxxvi

Eclipsis lune est quotiens in vmbrā terre luna incurrit· Non enim suum lumē habere·sed a sole illuminari pu/ tatur. Vnde & defectum patitur·si inter ipam & solem vmbra terre interueniat. Patitur autem hoc·xv·luna·eo vsq; q̃mdiu cen trū atq; vmbrā obstātis terre exeat·videatq; solē vel a sole videat

De. Differētia stellarū et siderū atq; astrorū Ca·xxxvii

Stelle & sidera & astra inter se differunt. Nam stella est quelibet singularis. Sidera vero sunt stellis pluris facta ut hiades·pliades. Astra aūt sunt stelle grandes·ut orion·boetes Sed haec nomina scriptores confundunt·& astra pro stellis·& stellas p sideribus ponūt·

De. Lumine stellarū Ca·xxxviii

Stelle non habere proprium lumen·sed a sole illumiari dicūtur sicut et luna

De. Situ stellarū Ca·xxxix

Stelle immobiles sunt·et cum caelo fixe perpetuo motu feruntur·neq; candent per diem· sed solis splendore ob/ scurantur·

De. Cursu stellarum Ca·xl

Sidera autem feruntur aut mouentur. Feruntur q̃ caelo fixa sunt·& cum caelo voluuntur. Mouent̃ vero quedā sicut planete id est erratice· que cursus suos vagos certa tamen diffinitione conficiūt

De. Vario cursu stellarū Ca·xli

Stelle pro eo q̃ per diuersos orbes celestium planetarū feruntur·quedam celerius exorte·serius occidūt· quedā tardius exorte·citius ad occasum peruenīūt. Alie pariter oriunt̃ & nō simul occidunt. Omnes autem suo tempore ad suum cur sum propriū reuertūtur·

De. Interuallis stellarū Ca·xlii

Stelle inter se diuersis interuallis distant a terra· ꝓpterea dispari claritate magis minusue nostris oculis apparet. Nam multe maiores sunt his·quas videmus conspicuas·sed lōgius posite parue videntur a nobis·

De. Numero circulari stellarum Ca·xliii

Numerus circularis stellarum est per quem cognoscitur in quanto tempore circulum suum vnaqueq; stella percurrat·siue per longitudinem·siue per latitudinem. Nam luna octo annis fertur explere circulum suum. Mercurius annis·xx· Lucifer annis·ix. Sol annis·xviiii. Vesper·xv. Pheton·xii. Saturnus·xxx. Quibus peractis ad reuersionem circuli sui hisdem signis & partibus reuertuntur. Quedā sidera radiis solis prepedita anomala fiūt·aut retrograda·aut stationaria·iuxta quod et poeta meminit dicens. Sol tempora diuidit eui·mutat nocte diem radiisq; potentibus astra. Ire vetat·cursusq; vagos ratione morat̄

De. Stellis planetis· Ca·xliiii

Videdam stelle ideo planete dicuntur id est errātes· quia per totū mundum vario motu discurrunt. Vnde ꝓ eo q̄ errant retrograde dicuntur vel anomala efficiūtur id est q̄n particulas addunt & detrahunt. Ceterum quando tantum detrahunt retrograde dicuntur. Stationem autem faciunt q̄n stāt

De. Precedentia & antegradatione stellarum Ca·xlv

Precedentia vel antegradatio stellarū est·dum stella motum suum consuetum agere videtur·et aliquid preter cōsuetudinem precedit·

De. Remotione stellarū Ca·xlvi

Remotio vel retrogradatio est·in qua stella dum motū suum agat·simul & retrorsum moueri videtur·

De. Statu stellarum Ca·xlvii

Status stellarum est·quando dum stella semper mouet̄ tamen in in aliquibus locis stare videtur

De. Nomibus stellarū·qbus ex causis noia acceperūt Ca·xlviii

Sol appellatus est·eo q̄ solus appareat·obscuratis fulgore suo cūctis sideribus. Luna dicta quasi lucina· ablata media sillaba·de qua virgilius. Casta faue lucina. Sumpsit autē per deriuationem nomen a solis luce·eo q̄ ab eo lumē accipiat· acceptumq; reddat. Stelle dicte a stando· quia fīe stant in celo semper nec cadūt. Nam quod videmus e celo stellas quasi labi· non sunt stelle·sed igniculi ab ethere lapsi·qui fiunt dum vētus

altiora petens· aethereum ignem secum trahit·qui tractu suo
imitatur stellas cadentes. Nam stelle cadere non possunt·immo
biles enim (ut predictum est) sunt·& cum caelo fixe feruntur.
¶ Sidera dicta· q; ea nauigantes considerando iter dirigunt ad
cursus consilium·ne fallacibus vndis aut ventis alibi deducant
Quedam autem stelle idcirco signa dicuntur·q; eas naute obser
uant in gubernandis remis· contemplantes aciem fulgoremq;
earum·quibus rebus caeli status futurus ostenditur. Sed et oes
homines ea intendũt ad preuidendas aeris qualitates per estatẽ·
et hiemem·vernalemq; temperiem ¶ Ortu enim vel occasu suo
certis stationibus temporum qualitates significant ¶ Signorũ
primus arcton qui ĩ axe fixus·vii·stellis in se reuolutis rotatur·
nomen est grecum·quod latine vrsa dicitur·que quia in modũ
plaustri vertitur nostri eam septentrionem dixerunt. Triones
enim proprie sunt boues aratorii· dicti eo q; terram terãt· quasi
teriones. Septentriones autem non occidere axis vicinitas facit
quia in eo sunt ¶ Artophilax dicitur q; arcton id est linces alit
elicem vrsam sequitur. Eundem & boeten dixerunt· eo q; plau
stro heret·signum multis spectabile stellis· inter quas arcturus
est ¶ Arcturus ẽ sidus post caudã maioris vrse positũ in signo
boetis. Vnde & arcturus dictus est quasi qa boe/
tis precordiis collocatus est. Oritur autem autumnali tempore
¶ Orion astrũ ante thauri vestigia fulget. Et dictus orion ab
vrina vel orina id est ab inundatiõe aquarum. Tempore enim
hiemis obortus mare & terram aquis & tempestatibus turbat
Hunc latini uigulam vocãt q; sit armatus ut gladius et stellarũ
luce terribilis atq; clarissimus. In quo si haec fulgent omnia·se/
renitas portenditur· si obscuratur huius acies·tempestas cernit
imminere ¶ Hiades dicte a potoian id est a suco et pluuiis. Nã
pluuie grece hiatos vel hietosten dicũtur. Ortu quippe suo effi/
ciunt pluuias. Vnde & eas latini suculas appellauerunt·quia
quando nascuntur pluuiarum signa monstrantur. De quibus
virgilius. Arcturũ pluuiasq; hiadas. Sunt autẽ in fronte thauri
septem·& oriunt tempore vernali. ¶ Hiades a pluralitate dicte
quia pluralitatem graeci anotonaicton appellant. Sunt autem
stelle·vii·ante genua thauri·ex quibus·vi·videntur·nã latet vna.
Has latini vergilias dicunt·a temporis significatione·q; vere
exoriunt. Nã occasu suo hiemẽ·ortu estatẽ· primeq; nauigacõis

tempus oſtendunt. ¶ Canicula ſtella que & ſirius dicit̃ eſtiuis
menſibus in medio centro caeli eſt·& dum ſol ad eā aſcendent·
coniuncta cum ſole duplicatur calor eius·& diſſoluunt̃ corpora
& vaporantur. Vnde & ex ipa ſtella dies caniculares dicuntur·
quando et moleſte ſunt purgationes. Canis autem vocat̃ ꝓpter
quod corpora morbo afficiat·ſiue propter flamme candorem·
q̃ eiuſmodi ſit ut pre ceteris lucere videatur. Itaq; quo magis eā
cognoſcerent ſirion appellarunt. ¶ Cometes ſtella dicta eſt·eo
q̃ comas luminis ex ſe fundat. Quod genus ſideris quādo ap/
paruerit·aut peſtilentiam·aut famem·aut bella ſignificat. Co/
metes autem latine crinite appellantur·q̃ in modum crinium
flammas ſpargunt. Quas ſtoici dicunt eſſe vltra·xxx· quarum
nomia & effectus quidā aſtrologi ſcripſerūt. ¶ Lucifer dictus
eo q̃ inter omnia ſidera plus lucem ferat. Lucifer enim eſt vna
ex planetis. Haec proprie & iubar dicitur·eo q̃ iubas lucis ex ſe
fundat. Sed & ſplendor ſolis·ac lune & ſtellarum iubar vocat̃·
q̃ in modum iube radii ipōrum extendantur. ¶ Veſperus ſtel
la occidentalis·quam cognominatam perhibent a veſpero rege
biſpanie. Eſt autem & ipa ex·v·ſtellis planetis noctem ducens
& ſequens ſolem. Fertur autem q̃ haec ſtella oriens luciferum
occidēs veſperū facit. De qua ſtacius. Et alterno dependit̃ vnus
in ortu. ¶ Planete ſtelle ſunt que non ſunt fixe in caelo ut reliq̃
ſed in aere feruntur. Dicte autem planete a poteſ planes id eſt ab
errore. Nam interdum in auſtrum·interdum in ſeptentrionem·
plerumq; contra mundum·nōnunq̃m cum mundo feruntur
quarum nomina greca ſunt·pheton·plerion·daphirion·pheton
phetonta·phiriona·heſperus· ſtelbon. Has romani nominibus
deorum ſuorū id eſt iouis·ſaturni·martis·veneris·atq; mercurii·
ſacrauerunt. Decepti enim et decipere volentes in eorū adulatio
nem qui ſibi aliquid ſecundum amorē preſtitiſſent·ſidera oſten
debāt in caelo·dicētes q̃ iouis eſſet illud ſidus·& illud mercurii·
& concepta eſt oppinio vanitatis. Hanc oppinionē erroris diia/
bolus confirmauit xp̃s euertit. ¶ Iam vero illa que ab ipis gen
tilibus ſigna dicunt̃·in quibus & animātium imago de ſtellis
formatur·ut arcton·aries·taurus·libra·& huiuſmodi alia. Hi q̃
ſidera preuiderūt in numero ſtellarū ſpeciem corporis ſuperſti/
cioſa vanitate permoti finxerūt· ex cauſis quibuſdam deorum
ſuorum & imagines & nomina confirmantes. Nam arietem

primum signum·cui libre mediam mundi lineã tradunt ,ppter
hammonem id est iouem vocauerunt· quia in eius capite qui
simulachra faciunt arietis cornua fingunt. Quod signum gen/
tiles ideo inter signa primũ constituerũt·quia in mense marcio
qui est anni p̃ncipium solem in eo signo cursum suũ peragere
dicunt. ¶ Sed & thaurum inter sidera collocant·& ip̃m in bo/
norem iouis·eo q̃ in bouem sit fabulose conuersus·quando eu
ropam transuexit. ¶ Castorem quoq; & pollucem post mortẽ
inter notissima sidera constituerunt·quod signum geminos di/
cunt. ¶ Cancrum quoq; inde dixerunt·eo q̃ cum ad id signũ
in mense iunio sol venerit·retrograditur in modum cancri·bre/
uioresq; dies facit. Hoc enim animal incertam habet primam
partem. Deniq; ad vtrãq; partẽ gressum dirigit· ita ut prior ps
sit posterior·& posterior prior ¶ Leonem in graecia ingentem
hercules occidit·& propter virtutem suam hunc inter·xii·signa
constituit. Hoc signum sol cum attigerit·nimium calorem mũ
do reddit·& ãnuos flatus & estates facit. ¶ Virginis etiã signũ
idcirco in astra collocauerunt·propter q̃ eisdem diebus in qui/
bus per illud sol decurrit·terra exusta solis ardore nil pariat· est
enim hoc tempus canicularium dierum. ¶ Libram autem vo/
cauerũt ab equalitate mensis ip̃ius·quod· viii·kalẽdas octobris
sol per illud signum currẽs equinoctiũ facit. Vnde & lucanus
Ad iuste pondera libre ¶ Scorpium quoq; & sagittariũ ,ppter
fulgura mensis ip̃ius appellauerunt. ¶ Sagittarius vir equinis
cruribus deformatus·cui sagittam & arcum adiungũt·ut ex eo
mensis ip̃ius fulmina demonstrentur. Vnde & sagittarius est
vocatus. ¶ Capricorni figuram ideo inter signa vel sidera finxe
runt· ,ppter capram iouis nutricem·cuius posteriorem partem
corporis in effigiem piscis ideo finxerunt·ut pluuias eiusdem
mensis designarent·quas solet idem mensis plerũq; in extremis
habere. ¶ Porro aquarium & pisces ab imbribus temporũ vo/
cauerunt·q̃ hieme quando in his signis sol vertit̃ maiores plu/
uie profunduntur. ¶ Et miranda gentilium dementia· qui nõ
solum pisces sed etiã arietes & hircos & thauros·vrsas·et canes·
cancros·& scorpiones in caelum transtulerunt Nam & aquilã
& cignum propter iouis fabulas inter caeli astra eius memorie
causã collocauerunt. Perseum quoq; & vxorẽ eius andromedã
posteaq̃m sunt mortui in caelum receptos esse crediderũt·ita ut

imagines eorum stellis designarent·eorúq; appellare nomibus non erubescerent. Aurigam et erictonium in caeli astra colloca uerunt·propter q; vidissent eum primum quadrigam iunxisse· mirati sunt enim ingenium eius ad imitationem solis accessisse & propter hoc nomen eius post mortem inter sidera posuerút· Sic calisto licaonis regis filia dum ab ioue cópressa·& fabulose ab iunone in vrse fuisset speciem conuersa·que graece arcton ap pellatur post interfectionem ipius·nomen eius iouis cum filio in stellis septentrionalibus transtulit·eamq; arcton· filiú autem eius artophilax appellauit. Sic lira per mercuriú í celum locata· Sic centaurus chiron ,ppter quod nutrierat escolapiú et achillé inter astra dinumeratus est. Sed quolibet modo supersticiones he ab hominibus nuncupentur·sunt tamen sidera que deus in mundi principio condidit·ac certo motu distinguere tempora ordinauit. Horum igitur signoy obseruationes vel geneses vel cetera supersticiosa que se ad cognitioné siderum coniungút id est ad noticiam fatorú·et fidei nostre sine dubitatione contraria sunt. Sic ignorari debent a xpianis·ut nec scripta esse videátur. Sed nónulli siderum pulcritudine & claritate pellecti illapsu stellarum cecatis mentibus corruerút· ita ut per supputationes noxias que mathesis dicit· euentus rerú prescire posse conent. Quos nó solum xpiane religionis doctores·sed et gentiliú plato arestotelesq; atq; alii rerum veritate commoti·concordi sententia damnauerunt· dicentes confusionem rerú potius de tali persua/ sione generari. Nam si genus humanum ad varios actus nascé di necessitate premeretur· cur aut laudem mereantur boni aut mali legum percipiant vltionem. Et q̃muis ipi non fuerint ce/ lesti sapientie dediti· veritatis tamen testimonio errores eorum merito pertulerút. ¶ Ordo autem iste septem seculariú discipli/ narum ideo a philosophis vsq; ad astra perductus est·scilicet ut animo seculari sapientia implicatos·a terrenis rebus abduceret· et in superna contemplatione collocaret